¶ Hermānus Torrentinus. docto et religioſo viro Joanni vinſemio S.

Enera noīm latine diſcētib⁹ ſunt in p̄mis neccāria cognitu. ⁊ int grāmatice rudimēta principatū ſibi merito vendicāt Nam cui⁹ nomis gen⁹ ignoras: illud nec declinare p casus apte poteris. nec i orō ne latina recte locare. vtpote neſci⁹ quale dandū ſit ei vel adiectiuū vel relatiuū qđ vtiqꝫ eiuſdē cum ſubſtātiuo nomie generis eſſe debet. i quo qui peccat oīb⁹ vel mediocriter lrātis eſt ridiculo. At vero qm̄ multi q̄ ſcholas triuiales aliquādiu frequētarūt: min⁹ adamuſſim norunt rem tam vtilem tāqꝫ neceſſariā: rogaſti me nup chariſſime Joānes. vt qm̄ Alexāder noſter ⁊ obſcur⁹ ⁊ mēdoſus eſt: de noīm generib⁹ opuſculum conderem plurib⁹ minus litteratis opinione tua pfutuꝝ. id qđ celeſti fret⁹ auxilio tētaui conatumqꝫ preſtiti Nempe tibi viro docto ⁊ mihi chariſſimo gratificari morēqꝫ gerere cupiēs. atqꝫ iuuētuti lrāꝝ ſtudio ſe rationē habēs: libellum hūc elucubraui in quattuor capita diſtinctū quoꝝ primū de generib⁹ eſt. alteꝝ de heteroclitis. terciū de patronymicis. poſtremū de ſignificationib⁹ minus notis multoꝝ noīm q̄ vt exempla ſingulis applicui regulis copioſe. Quo in loco lrāꝝ capitaliū ordinem ſeruaui. quo facili⁹ inter legēdum qđ quiſqꝫ velit nomē inueniat Significatiōes autē a p̄ceptis ⁊ regulis iccirco ſecreui. ne legentium aīos mixtura cōfunderet. Porro q̄ꝫuis hiſce de reb⁹ multa iam ſint edita opuſcula nequaq̄ꝫ meo iudicio cōtemnēda: noſtrā tamē induſtriam candid⁹ lector inanem aut ſupuacaneā nō putabit. Quippe tam plane tamqꝫ plene q̄ꝫ nos: ſcripſiſſe vix quenq̄ꝫ offendet. Augebit q̄ꝫ libelli grām vt ꝯfido tum breuitas ei⁹ tum nouitas. Sꝫ vtcūqꝫ futurum eſt: tu mi Joānes opuſculū tibi dicatū comiter accipe ⁊ ab iniurijs inuidētium tua vel facundia vel auctoritate defenſa. Uale.